

1. Cor. 3.

confidenter innotuit; qui firmas bases Ecclesie super fundamento...

Pfal. 18. Rom. 10.

al. societates.

Paulum in Apostolatu Gentium per dexteras societatis adiunxit. Isti sunt per quos Evangelium Romae respandit...

Quales Cardinales eligi debeant...

al. contra.

m. Hanc Perio-

al. hoc. al. per hanc.

al. ita: & Romanorum populus.

sedeat, sedendo quiescat in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducie, & temporalium reque opulenta;

Vide l. 1. §. 2. ff. de Gra. & Bart. in l. Omnes populi. gl. in c. Nominati. de Rescript.

Dicit Pet. de Ancl. nisi hoc fuisset expellitur pena privationis fendi...

Quia tunc nulla est casus referri; & ideo omnes Sacerdotes quoslibet penitentia & quibusvis peccatis & censuris absolvitur...

al. pulchritudine.

Paena imposita per jus in casu negligentiae, non includit casum delicti; & sic non purificantur negligentia & delictum.

XVIII. BONIFACIUS VIII. [C. an. 1299. Romae.]

Canonice Cathedralis Ecclesie ipso iure vel per sententiam, praequam in casu negligentiae, eligendi potestate privatis...

Quamquam in casu negligentiae sit statutum a jure, ut Ecclesia Cathedrali vacante, si per eos ad quos spectat, non fuerit electio...

dium Superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvitur. Secus autem in inferioribus Ecclesiis est censendum.

XIX. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Constitutione, Ut circa non satisfecit Appellans; qui disjunctive juravit se credere opposita esse vera, vel quae sufficere deberent ex eis. Joan. And.

Qui contra electionis formam, vel Electi personam aliqua obiciens, ad Sedem Apostolicam appellavit, corporaliter se praestitio juramento, quod illa que in appellatione sua expresserat, vel ea que de illa deberent sufficere, vera esse crederet...

XX. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Qui contra certam personam, ne eligatur, appellat, Constitutionem, Ut circa servare tenetur. Joan. And.

Qui contra certam personam, ne eligatur, appellat, duxerit appellandum; debet per omnia in appellando servare formam Constitutionis felicis recordationis Gregorii Papae X. praedecessoris nostri...

XXI. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Si compromissum est in plures ut eligant, per unum faciendam electionis pronuntiatio; sicut quando proceditur per forum Scrutinii: aliter electio facta non tenet. Joan. And.

Sicut cum per formam Scrutinii ad electionem proceditur, est per unum pronuntiandi & faciendam communis electio secundum Canonice Instituta: sic & per unum debet fieri, cum per formam proceditur compromissi, quamvis in arbitrio compromissarii lex humana innotuit...

XXII. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Decret. supra eodem, Licet Canon. in Collegiatis Parochialibus Ecclesiis, & assumptis ad eorum regimen, locum non habet. Joan. And.

Statutum felicis recordationis Greg. X. Papae praedecessoris nostri de iis qui ad Parochialem Ecclesiarum regimen assumuntur, promovendis ad Sacerdotium intra annum; a quoquoque eisdem Ecclesiis sint privati: quod, cum in re poenale, restringi potius convenit, quam laxari: declaramus ad Collegiatis Ecclesiis, etiam si alias Parochiales extiterint, & assumpti ad eorum regimen non extendi: sed antiqua jura servari debere potius in eisdem.

XXIII. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Si compromissarius secundum traditam sibi metam [Scrutinis] in scriptis redactis voluntatibus singulorum illum eligat, in quem non major pars Capituli; sed plures alicujus alicujusque consenserint, non tenet electio, cum praeter formam Capituli fuerit celebrata. Joan. And.

Si qui eligendi potestas data fuerit sub hac forma, ut ipse secreto & sigillatim votis singulorum de Capitulo exquisitis, & in scriptis redactis illum eligat, in quem plures de Capitulo partium comparatione minorum consenserint: licet consentientes majorem partem totius Capituli non attingant; ipseque factus hujusmodi Scrutinio, & in scriptis redacto, juxta traditam sibi formam, cum in quem non major pars, sed plures de dicto Capitulo, quam in quem alium direxerunt vota sua, duxerit eligendum. Talis electio (cum praeter formas, quas Generale Concilium servari statuit in electionibus celebrandis, decernens eas si aliter fuerint, non valere, fuerit attentata) robor non obtinet firmitatis.

XXIV. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Ex vocatione quocunque modo facta in discordia de Religioso mendicante ad Praelaturam extra administrationem sui Ordinis, non acquiritur illi jus: nec consentit poterit, etiam de Praelati licentia. Idem de vocatione facta a minori parte numero ad quamlibet Praelationem de Religioso non mendicante: & sicut factum irritum decernitur. Et ponit istud cap. unum speciale in Mendicantibus. Joan. And.

Quorundam oculos sic vitium ambitionis excaecat, quod quasi suae professionis immemores, qua contemptibus honoribus, abjectis divitiis, spiritique delictis, arbitrium proprium subigunt alterius ditioni, retro respiciunt ad aratrum manu mista, dum praecipitant ruunt in litigiorum am fractus, & causarum strepitibus se involvunt; & extra administrationes proprii Ordinis solum Praelaturae conficere moliuntur, electionibus, postulationibus seu provisionibus

Potes dici persona certa, licet suo nomine non nominetur.

Nota argumentum quod alleganti quod nulli aliter expellitur principium ipsius, abique eo quod totum extenditur productum.

Leges civiles legantur in foro Canonico, de quo supra de An. Op. An. c. 1. §. 2. Doct. et al. substituit.

Canon. locum habet quilibet reneque sit propositum de Parochiali Ecclesia, cum dicat textus, assumuntur; quod congruit quilibet modo provisionis.

Nota jura poenalia fridè esse interpretanda. In panis, de reg. jur.

Appellatio- nis majoris partis intelligitur de majori parte totius; & non auctem de majori parte comparatione aliorum minorum.

Declarat hunc text. prout in Clem. Quod circa de Elect. Luca 9. m. Dicitio, & de illi in m. m. m. m. m.

In generali Conc. Later. sub Alex. III. cap. 24.

de se in discordia celebratis, improvidè praestando consensum, praebendi assensum à suo Superiore nonnunquam extorta licentia potius quam obtenta: ex quo animarum & Ecclesiarum dispendia noscimus provenisse, & proventura majora in antea verisimiliter formidamus.

XXV. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Non potest Electus duas electiones proseguere, petendo confirmationem ex illis: etiam si profectus se contentum altera, per quam consequi possit suae intentionis effectum. Necessè ergo habet alteram eligere, qua electa, ad alteram redire non poterit. Joan. And.

UT quis duas electiones de se in aliqua Ecclesia celebratas proseguatur in similes & confirmationem petat ex eis (cum non nisi ex una ipsarum valeat jus habere) rationi consonum non putamus: etiam si se contentum esse velle altera, per quam suae intentionis consequi possit effectum, in initio profectus. Oportet ergo eum (ne cum ipsis Ecclesiis, vel sui adversarii, si quem habet, discrimine in incerto vagetur) eligere, quam profectus velit ex illis, & confirmationem petere tantummodo ex eadem.

XXVI. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Si Electus non consentit, vel post consensum renunciat vel moritur, vel propter occultum sui vitium electio cassatur: eligentes ad eligendum extrane integrum tempus habebunt; nisi circa id egerint fraudulentè. Joan. And.

SI electio ex eo non fortituri effectum, quia Electus consentire recusat, vel post consensum renunciat juri suo, aut forte diem claudat extremum, seu propter occultum ejus vitium irritatur: Electores (qui jam fecerunt quod spectabat ad ipsos, intra juris terminum eligendo) habebunt à dissensu, renunciatione, morte, vel irratione predictis, acti vacatio nova effect: tempus integrum ad electionem aliam celebrandam: dummodo nil fraudulentè egerint in praemissis.

XXVII. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

SI Religiosus, non obtenta licentia, consentit electioni de se facta extra suum Monasterium, non valet consensus, & irrita est electio.

SI Religiosus (cujus arbitrium non ex sua, cum velle velle nolle non habeat; sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit, & cuius imperio se subiecit, voluntate dependet) electioni de se ad Praelationem aliquam extra suum Monasterium, vel suam Ecclesiam celebratae, sui Superioris, qui dare ipsam valeat, non petita licentia & obtenta, praesumpserit consentire; consensus sic praestitus non tenet, & in poenam praesumptionis illius, electio eadem ipso facto irrita vacuetur omnino.

Solus Superior sine conventu dare potest suo Religioso consentiendi & transeundi licentiam. Hoc dicit.

§. 1. Quia verò utrū Religiosus consentiendi electionibus de se factis, & ad Praelationes, ad quas electi fuerint, transeundi à suis Superioribus, sine Fratrum consilio licentia dari possit: cum jura super hoc sint varia, dubitatur interdum. Nos ad hujusmodi dubitationem tollendam, & ut ordinationes Ecclesiarum ac Monasteriorum, in quibus tales Electi extiterint, celerius & facilius valeant expediri: decernimus ut idem Superiores, suis irequisitis Conventibus, Electis hujusmodi consentiendi & transeundi liberam dare valeant facultatem.

XXVIII. IDEM. [C. an. 1299. Romae.]

Monachus in Abbate eligi non potest, nisi sit expressè professus. Ad Dignitatem autem Episcopalem & in Seculari, & in Regulari Ecclesia, talis eligi poterit.

Nullus Religiosus ad Abbatiam seu Praelaturam suae vel alterius Religionis de cetero eligatur, nisi antea fuerit Ordinem Regularem expressè professus. Quod si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur.

Vide Oldra. Conf. 102. & Conc. Trid. sess. 25. tit. de Reg. cap. 6.

Nota ex hoc Cap. posse quomodo obtinere electionem in eadem Ecclesia; tamen confirmationem non quere non posse, nisi ex una. Item non posse alium quomodo causare titulum super eadem re, nisi ex una causa.

Inter alios, de fidi instrum.

Vide Clem. cum concessa de Elect. Extracog. Benedicti, que incipit. Si Religiosus. De Elect. §. 1. Videtur. An. 7. Judic. Dom.

Nota quod Monachi dicuntur Fratres. c. Cant. Jan. de Judic. Do. allegat ibi c. per. infra. eod. de Privileg. Fon.

Vide Clem. cum rationi de Elect. §. al. ita: factum fuerit.